



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Insordescentiæ Per annum in excommunicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

Subijciatur l. nulli. §. quod si in vico vbi glos. C. de epis-
cop. & cler. Bart. in l. Imperium num. 7. ff. de iurisd.
omn. iud. Siluan. conf. 1. q. 6. dub. 2. & 3. l. 5. tit. 14. par.
4. vbi Lopez glos. 4. post glos. in auth. quibus mod. nat.
effic. sui §. si quis igitur verbo persoluit. collat. 7. Grat.
vbi proximè num. 5.

Et ita Bart. in l. Imperatores §. iidem rescripserunt
ff. ad municip. dixit quod ciues ciuitatis & vicorum
omnes habent eundem domicilium, & probat. Ang.
in tract. de maleficijs, verbo, & ad querelam num. 41.
leius §. 1. ff. ad municip. Gratus respon. 30. num. 49.
tom. 1. dicens quod natus in loco subdito alicui ciui-
tati dicitur originarius dictæ ciuitatis.

Nam vniuersitas vici est legitima, alioquin non
posset vicis legari l. hereditatis C. de hered. inst. l.
cum Senatus ff. de rebus dub. quod autem legari possit
est l. si heres §. vicis vbi Florian. a. 1. ff. de legat. 1. Ro-
fred. q. Sabbatina 10. num. 3. & 4. l. fin. C. de fund. rei-
publ. lib. 10. Paul. Montanar. in prag. 2. Regni Nea-
pol. de administrat. vniuers. num. 316.

Propter quæ Doctores communiter dixerunt,
quod licet alias consuetudo sit strictè interpretanda
cap. quod transacionem vbi Abb. notab. vlt. de of-
fic. deleg. Dec. conf. 8. num. 4. ver. sed talis Curt. Iun.
tract. de feud. 6. q. prin. num. 5. Cephal. confil. 26. num.
25. tom. 1. Crauett. confil. 30. num. 5. Rolan. a Valle
confil. 69. numer. 30. vol. 3. consuetudo introducta
in ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus
eius vicis iuxta glos. fin. in l. ex ea par. ff. de postulan-
do, quam sequitur And. in addit. ad Speculat. tit. de
regula, & pace quæst. penul. 10. de Plat. in l. si diuina
domus in fin. C. de exact. tribut. lib. 10. Iaf. in §. rur-
sus num. 42. instit. de actionibus Alber. in l. 1. C. quæ
sit long. consuetud. Eugen. confil. 26. num. 28. & 29.
tom. 1. Achill. de Grassis decif. Rotæ 308. aliàs 3. de
decimis num. 7. & 8. dicens attendendam esse consue-
tudinem loci dominantis Io. Andr. in cap. super eo
de cognat. spirit. Alciat. resp. 688. nu. 5. dicens, quod
consuetudo loci principalis fundat inuentionem agen-
tis etiam quoad loca annexa, vt per Roman. in l. si
aliena §. 1. ff. de vfur. facit l. eos in princip. C. de vfur.
& quod notat Bald. in cap. profuit in fin. de appellat.
Aymon. Crauett. de antiq. temp. par. 4. num. 54. & 55.
Dec. confil. 389. vers. & ad hoc facit Emanuel. singul.
235. num. 1.

Et pari ratione statutum, quod seruatur in ciui-
tate debet seruari in vicis subditis eidem Bar. in dict.
l. 1. §. cum urbem num. 8. ff. de offic. Præfect. Urb. &
in l. 2. nu. 41. C. quæ sit longa consuet. Paul. Cast. conf.
368. nu. 2. par. 2. Abb. confil. 52. num. 1. par. 2. Menoch.
confil. 80. num. 18. tom. 1. Franc. de Ponte confil. 51. n.
31. vol. 1. Alciat. in cap. quod sedem num. 92. de offic.
ordin. facit in conformationem, quod si Princeps con-
cedit alicui officium tabellionatus in ciuitate cen-
setur concedere in toto territorio, & comitatu, vt post
Guillelm. & Angel. in l. fin. ff. de const. Princip. tradit
Rolan. a Valle confil. 50. num. 42. lib. 3. & consil. 1.
num. 38. vol. 4.

Et magis indiuidualiter in nostris terminis quod
habitantes in vicis possint gaudere, & gaudeant eis-
dem priuilegijs concessis ciuitati, cui subijciuntur vti
gaudent habitantes in ipsa ciuitate tenet Bald. d. l. vt
inter diuinum num. 8. C. de Sacro. Eccles. dicens, se-
cundo quæro vtrum priuilegium quod datur ciuitati
detur Castro, vel villæ coherenti Guillel. tenet quod
sic, quia Castrum, vel villa intelligitur pro ciuitate ad
hoc de legat. 1. l. si hæres §. vicis.

Et dicit, quod hoc est verum non obstante, quod
sentit glos. in l. si finita §. si de vectigalibus ff. de dam-
no infect. Alexand. in rubr. ff. solut. matrim. num. 14.
vbi dicit hæc verba, quod si concessum est priuile-
gium habitanti ciuitatem comprehenduntur habi-

tañtes comitatum, & fuit doct. Bart. in l. 2. num. 4. ff.
de verborum signif. & consil. 196. incip. ciuitati Cam-
merin. num. 6. par. 1. & in dict. l. si finita §. ex hoc edi-
cto in fin. quem in dictis locis refert, & sequitur Ale-
xan. confil. 27. viso themate nu. 10. vol. 6. Anchar. in c.
canonum statuta de constitution. & in c. fin. de penis
in 6. & consil. 437. Socin. in l. 2. in princip. ff. de reb.
dub. Franc. de Aret. confil. 77. incip. & ratio nu. 2. circa
fin. vbi allegat. l. Titius §. Romæ ff. de excul. tutori.
Abb. d. confil. 52. n. 6. par. 2. Matth. de Afflict. de iure
prothomis vers. nota hæc Paul. Castr. in d. l. hæres §.
vicis nu. 2. Boer. decif. 121. num. 26. Ioan. Orosi. in l.
nam & Demosthenes num. 10. ff. de leg. Socin. con-
fil. 110. lib. 1. vnde loquendo de ijs, qui degunt in vi-
cis subditis ciuitati profert hæc verba, quia cum fin-
gantur habitare in ciuitate consequi debent omnes
effectus, quos consequeretur si in ciuitate habitarent,
sequitur Felyn. in cap. Rodolphus num. 9. de rescript.
Guid. Papa decif. 265. & consil. 134. num. 1. dicens
quod oppidani continentur ciuium appellatione in
fauorabilibus, vt sunt Principis concessionibus l. fin.
vbi omnes Doctores ff. de constitut. Princip. l. 2. §. si
quis à Principe ff. ne quid in loco publico Cephal.
confil. 58. numer. 28. volumin. 1. quæ latissime ve-
niunt interpretanda Rota Romana decifion. 197.
num. 1. par. 1. Paul. Cast. confil. 21. incip. primum du-
bium num. 3. par. 1. probans officia, quæ debentur ci-
uibz debent etiam comitatensibus, & in alijs hono-
ribz Aloysius de Leo in l. conuenticula, num. 37. &
seqq. C. de Epif. & Cler. Gambar. tract. de extensio-
nibus, num. 160. & Felyn. in cap. causam, quæ de
rescript. vbi tenent concessionem Principis factam
ciuibz extendi ad comitatenses Carol. Tapia in dict.
lege fin. ff. de constitut. Princip. p. 1. cap. 3. num. 32.
& cap. 5. num. 2. Bartholom. Socin. confil. 86. numer. 2.
vol. 4. & post hæc scripta Iacob. Anton. de Mauro,
alleg. 36. num. 1. probans priuilegium ciuitati con-
cessum extendi ad villas, & casalia Io. Vican. de Ana-
na, alleg. 27. num. 27.

PRAXIS INSRDESCENTIE Per annum in excommunicatione.

RESOLVT. CCXVI.

- 1 Ex annuali perseuerantia redditur excommunicatus sus-
pectus de hæresi, & num. 2.
- 3 Perseuerans per annum in excommunicatione dicitur
perperam de articulis fidei, & de potestate clauium
sentire.
- 4 Contra sic excommunicatum potest procedi, vt saltem
purgationem inducat.
- 5 Sola suspicio infordeſcentie levis est ad hoc, vt accusetur
de hæresi.
- 6 Pro causa merè civili, si per mille annos in excommuni-
catione permanserit non censetur conuictus, secus in
criminali.
- 7 Excommunicatus per annum non pro causa civili, sed
pro crimine potest beneficijs priuari tanquam suspectus
de hæresi.

Notabilia circa infordeſcentiam per annum in excom-
municatione iuxta mentem Sacri
Concilij Tridentini.

ST diligenter, & fixa mente intueamur verba finalia
Sacri Concilij Tridentini in sess. 25. de reformat.
capitulo tertio, statutum reperitur ex annuali perse-
uerantia in excommunicatione reddi excommu-
nicatum de hæresi crimine suspectum, quod etiam
affirmat nouissimè eruditus D. Nouar. de elect. fori
quæst.

quæſt. 33. ſect. 2. Abb. in capitulo grauamen, numer. 3. de poen. Didac. Perez lib. 8. tit. 19. in gl. eſt tuere deſcomulgando, pagina 367. Azebe. lib. 8. tit. 5. leg. 1. num. 213. Rojas ſingul. 60. num. 2. Lud. Lop. inſtr. conſcient. 2. par. tit. de excomm. cap. 12. pag. 876. verſ. quod ſi talis excommunicatus Bartol. Vgolin. de cenſur. Eccleſ. tab. 1. cap. 14. §. 3. num. 3. Iacob. de Graff. lib. 2. capitulo 76. numero 8. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 21. num. 12. verſic. præterea Rebuff. in prax. titu. forma, & declaratio nouæ prouiſ. in ſ. teque abſoluentes, num. 10. Grauat. ad Veſtr. lib. 8. capitulo final. numero 42. Paul. Fulc. de viſit. lib. 1. capitulo 29. numero ſecundo, nouiſſimè Gregorius Sayrus de cenſur. libro 2. cap. 10. numero 10. vbi ait quacunq; de cauſa criminali, vel ciuili quis ſit excommunicatus, ſi per annum perſeuerauerit, nec abſolutionem procurauerit eſt ſuſpectus de hæreſi; probatur, quia dictio, quacunq;, de qua in Concilio comprehenditur excommunicatum, vel ex cauſa criminali, vel ciuili, cum paulò ſupra ſtatuert concilium ob vtramq; poſſe excommunicari, vt ponderat Menoch. de arbitrar. cauſa 416. numero 54. Diaz in praxi, capitulo 116. numero 9. & 12. & pertinacia hæc vniformis eſt, nam ſemper, & in omni cauſa perſeuerando per tantum temporis ſpatium animo indurato dicitur perperam de articulis fidei, & de poteſtate clauium Eccleſiæ ſentire, ita quod poteſt fidei Inquiſitor procedere contra eum, & inquirere qualiter ſentiat de fide, cuiusque articulis, & Sacramentis. Abb. in cap. poſtulaſti, num. 4. de hom. vt pulchrè exornando hanc conſuſionem tradunt Salzed. in addit. & Bern. Diaz in praxi, capitulo 116. num. 12. Couarr. in capitulo Alma Mater 1. parte, §. primo, num. 10. verſiculo quarto eſt conſiderandum. Guttierrez in libro primo, canon. quæſtion. cap. 12. numero 20. & Simancas de Cathol. inſtitut. titulo 27. num. 4. Auſſer. ad Cappel. Tholoſan. decil. 365. pulchrè, & la-tiſſimè volum. 1. commun. opin. fol. 133. in cap. 3. in-cip. excommunicatus ſi per annum Vgolin. vbi ſupra num. 4. qui omnes aiunt, ſuſpicionem hanc non eſſe vſque adeo violentam, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeat, vt hereticus iuxta gloſ. in cap. vlt. de poen. dicentes poſſe contra ſic excommunicatum 4 procedi vt ſaltem inducat purgationem Palat. rubr. in repet. cap. per veſtras in princip. §. 18. num. 24. de donat. int. vir. & vxor. Vgolin. ſupra num. 3. Sayrus vbi ſupra dicens hanc ſuſpicionem probabilem eſſe, & licet non ſit ſufficiens, vt de hæreſi condemnetur, ſufficit tamen, vt ei purgatio indicatur, quam ſi ſubire noluerit, ſed adhuc in excommunicatione permanſerit tunc veluti impenitens pertinax, & hæreticus damnari poteſt, vt in cap. excommunicamus il 1. §. qui autem de hæretic. in 6. Thom. Zcrola in praxi Episcopali in verbo cauſ. in quibus ordini verſ. excommunicati ibi quarto qui Bern. Diaz in dict. n. 12. verſ. 4. quod licet aliàs ſola ſuſpicio prædicta leuis eſt, vt dicunt Abb. in d. cap. grauamen, num. 7. Eymeric. in director. inquit. 2. par. quæſt. 47. num. 37. quem referunt, & ſequuntur Couarr. & Guttier. vbi ſupra, imo multi conſtituunt differentiam, quando excommunicatione eſt extra cauſam fidei ex cauſa criminali, vel ciuili per gloſ. in verbo, non poteſt, & in capitulo contingit de dolo, & contum. aſſerentes excommunicationem pro cauſa merè ciuili, etiam ſi per mille annos in excommunicatione perduret non ex hoc cenſeri conuiſtum, ſecus in criminali, in qua habetur pro conſeſſo, & conuiſto de crimine, cuius cauſa fuit excommunicatus pulchrè Sazed. cap. 116. numer. 4. Maranta de ordin. iudic. 6. part. titulo de contumac. numero 35. verſ. verum. Diaz cap. 150. num. 2. Guiliel. Benedic. in repet. cap. Raynautius in verbo Mortuo itaque teſtatore, il 1. numero 291.

Roman. & eius additionatores in ſingul. 317. Ripa in capitulo primo, numero 77. verſicul. declara modo de iudic. vnde Tyber. Decian. in libro 5. cap. 17. verſ. trigefimoquarto limitat, & intelligit veram eſſe ſuperiorem conſuſionem, quando excommunicatus eſſet contumax, pro hæreſi, vel alia cauſa criminali, ſecus ſi ciuili, quod etiam aſſerunt Grauat. ad Veſtr. dict. capit. fin. num. 43. Farinac. lib. 1. quæſt. 18. num. 39. verſic. & ſi contumax ſubdens, quod contumax excommunicatus per annum, non pro cauſa ciuili, ſed pro crimine tanquam ſuſpectus de hæreſi poteſt beneficijs priuari, quod mihi dubium videtur ſi pro crimine illo non erat ea priuationis poena a iure ſtatu-ta per ea, quæ tradit Salzed. cap. 116. ex num. 4. in fine, & in numero 5. Couarr. cap. Alma Mater, prima parte, §. 7. num. 10. dicit tamen Palat. Rubr. in dicto numero 24. quod licet excommunicatus in cauſa ciuili non dicatur conuiſtus, poſt annum tamen habetur pro ſuſpecto de hæreſi, vt poſſit contra eum procedi ex decil. Concil. Trident. in dicto cap. tertio, de qua decil. Concilij meminit D. Nouar. de elect. fori, quæſt. 33. num. 11. ſect. 2.

RESOLVT. CCXVII.

- 1 Clericus per annum excommunicatus, contumax, & non curans ſe facere abſolui habetur pro conſeſſo, & conuiſto de delicto, pro quo eſt excommunicatus.
- 2 Prædicta conſuſio quomodo procedat, & num. 3.
- 4 Conſeſſio ex contumacia reſultans licet non ſufficiat ad condemnationem, ſufficit tamen ſequuta perſeuerantia per annum in excommunicatione.

Infordeſcentia annualis in excommunicatione an faciat quem conuiſtum, & conſeſſum.

1 **C**lericus per annum excommunicatus contumax, & non curans facere ſe abſolui habetur pro conſeſſo, & conuiſto de delicto, pro quo eſt excommunicatus tex. in capitulo. decernimus in verſic. mani-feſtum eſt 3. quæſt. 9. item eſt tex. in capitulo. rursus, & in capitulo. quique 11. quæſt. 3. Anton. de Butr. in capitulo. 1. col. fin. poſt principium verſic. gloſ. in dicto capitulo. rursus de iudic. & iterum infra in verſ. & ſic poſſet gloſ. intelligi, & ibi etiam Abb. numero 24. ad medium poſt Specul. in loco per eum relato, num. 25. ad finem verſ. ad prædicta vide, & num. 26. Ripa numero 77. vbi relatis hinc inde contrarium tenentium authoritatibus, & rationibus, in hac reſidere videtur ſententia, & reſtatur de communi Alexand. de Neuo num. 60. in principio, & in verſ. iſta opinio, & verſ. ſed Butrius, & verſic. Dominus Abb. Boſch. Codeca in repet. num. 165. vbi reprobat Barba. ibi per eum relato, & contrarium tenente pluribus hanc probat ſententiam Anton. Burgol. num. 68. Couarr. in repet. cap. Alma mater parte 1. §. 7. num. 10. de ſententia excommunicat. in 6. vbi etiam de communi Menoch. de arbitrar. quæſt. cauſa 416. numer. 5. & num. 11. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & numero 16. & ſeq. vbi reprobat contrarium tenentes, eorum argumentis reſpondet Ignat. Lopez cum allegatis per eum ad Diaz in practic. crim. canon. c. 116. num. 4. verſic. 1.

Quamuis contrarium voluerint collect. Innoc. & Archid. in locis relatis per Abb. in cap. primo, numero 24. ante finem de iudic. & vbi etiam per Ripam. numero 77. verſicul. contrariam opinionem, quos vidi allegatos in facti contraria per eruditiffimum D. Ioannem Mariam Nouarium, qui latè ſcripſit in hoc articulo.

- Procedit autem præmiſſa conſuſio dummodo
2 excommunicatus infra annum potuerit facere ſe abſolui

absoluti ab excommunicatione, & non fecit, secus si non potuerit, quia tunc non habetur pro confesso secundum glossam in cap. pastoralis §. praterea de officio ordinarij in gloss. penult. in fin. Cepol. cautel. sua 96. incip. volo dare tibi quatuor cantelas cum alijs allegatis per Bosch. Codec. in repet. cap. i. numero 166. versicul. limita conclusionem extra de iudic. & propterea si excommunicatus non potuit comparere impeditus aliquo legitimo impedimento, tunc contumacia, & annualis perseverantia in excommunicatione ipsum non afficit, secundum Gundif. in tractat. de heret. quæst. 12. post numer. 4. Ignat. Lopez in addition. ad Diaz in pract. criminal. canon. capitul. 116. num. 12. sub versic. immo, & quod æstimo perpetua memoria dignum ante med. Couar. in repet. cap. Alma mater par. 1. §. 7. nu. 11. versic. deinde apparet.

4 Et hæc ficta confessio ex contumacia resultans licet de se sola non sufficiat ad condemnationem, sufficit tamen sequuta postmodum excommunicatione, & in ea per annum perseverantia ex allegat. per Abb. in cap. i. numer. 27. de iudic. & ibi etiam Ripa num. 77. versicul. retentur igitur communi, & n. 78. versic. tu vero concludas, ubi reprobat Dec. contrarium tenentem Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 13. 14. & 15. ubi reprobat Dec. & alios contrarium tenentes.

RESOLVT. CCXVIII.

- 1 Clericus excommunicatus intra annum datum ad se expurgandum non potest deponi neque beneficijs priuari, & clarius num. 2.
- 3 Clericus excommunicatus, & contumax potest priuari fructibus beneficij.
- 4 Clericus pro crimine notorio potest priuari beneficijs etiam infra annum.
- 5 Item priuatur quando in excommunicatione celebrare præsumpsit.
- 6 Clericus infordeſcens potest priuari, & deponi.
- 7 Item priuatur quando crimen pro quo excommunicatur inducit priuationem.
- 8 Clericus ultra annum excommunicatus potest etiam pro causa civili beneficijs priuari.

Infordeſcentia Annualis an faciat clericum priuari beneficijs.

Clericus excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax habet annum ad comparandum, & se expurgandum, & intra hunc annum non potest deponi, neque beneficijs priuari tex. est in cap. rursus, & in cap. quicumque 11. q. 3. gloss. in cap. primos in verbo Episcopatum de iudicijs, & ibi Holtien. num. 7. in verbo absolutus. Ioan. Andr. num. 9. Ancharan. num. 6. in 7. notab. & numer. 12. in 6. oppositione in verbo nam adimi sibi Episcopatum Butr. numer. 42. in princip. & dicto numero 42. ante fin. versic. de delicto tamen; & numero 43. versic. omnia prædicta Imol. numero 13. Abb. numero 8. & num. 24. & numer. 25. ante finem versic. non enim sufficebat, Dec. in 2. elect. numero 44. Ripa numero 27. Alexand. de Neuo numero 59. & numero 60. in fine versic. non enim sufficebat ubi de communi, Bero. num. 83. in fine Bosch. Codeca in repet. num. 80. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 19. & pluribus sequent. ubi de communi nam latè defendit & respondit omnibus argumentis Alciati contrarium tenentis in loco infra allegato.

Quamvis contrarium, quod imo clericus propter solam excommunicationem sic beneficijs priuandus voluerit gloss. in cap. pastoralis in verbo retinere de,

clerico excommunicat. ministr. quam sex fundamentis defendere conatur Alciat. in cap. i. numero 11. extra de iudic. & ibi etiam Bero. num. 89. versic. quando vero excommunicatus, ubi tamen, quod isto casu clericus excommunicatus non est priuatus ipso iure, sed venit priuandus.

2 Prima opinio, & uerior, & communior est non tamen ex ea sequitur quin persistens in excommunicatione etiam intra annum possit aliqua arbitraria, & pecuniaria poena puniri ex deductis per Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 116. num. 5. & seq.

Limita supra positam principalem conclusionem, multipliciter.

3 Et primo limita ut possit priuari fructibus beneficij cap. pastoralis in fine extra de appell. Innoc. in cap. 5. in uerbo Episcopatum. Ioan. Andreas numero 9. Imol. numero 13. Dec. in 2. lectur. numero 44. Ripa numero 27. ubi testatur de communi, & amplius quod priuatur ipso facto. Anna num. 14. Bero. num. 84. versic. si tamen contumax, & numero 85. ubi declarat, & numero 88. versic. concordari possunt, ubi tamen quod isto casu clericus excommunicatus non priuatur fructibus beneficij ipso iure Hippol. Rimin. numero 43. ubi amplius quod huiusmodi clerico excommunicato nec etiam est prouidendum de mæn, nisi sit in extrema necessitate constitutus, & idem dixit Clarus in praxi §. fin. quæst. 73. num. 7. uel pariter etiam contrarium seruari testatur Syluester Aldobrandin. in addit. ad Deci. in dicto cap. i. in 2. lectura num. 44. littera B. de iudic. ubi propterea reprobat Ripam, ut supra citatum testantem de communi in contrarium, & hanc contrariam opinionem pluribus defendit Bosch. Codeca in repet. dict. c. i. num. 80. & seq. Anton. Burgos. num. 13. ubi assert duas rationes, & respondet contrarijs.

Limita secundo, quod clericus excommunicatus pro crimine notorio potest beneficijs priuari etiam intra annum cap. euidentia extra de accusat. Io. Andr. in cap. 1. num. 17. in fine uersic. in gloss. ultima de iudic. & ibi etiam Bellamer. col. fin. in fin. in uerb. adimatur Butr. numero 42. post princip. in uersicul. nisi crimen sit notorium, & iterum infra in uersic. & tunc si delictum est notorium. Abb. post numerum 24. ubi quod ita dicunt Doctores Alexand. de Neuo post numer. 54. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 43.

5 Limita tertio, ut infra annum priuatur beneficijs quando in excommunicatione celebrare præsumpsit tex. est in cap. ueritatis §. nos igitur de dolo, & contumac. & in cap. si quis præbyter. & cap. sequent. 6. quæst. 3. gloss. in cap. cum bona in uerb. spoliare de ætate, & qualic. Anton. Butr. in cap. i. numer. 43. uersic. omnia prædicta de iudic. Foller. in pract. crimin. Canon. cap. 33. nu. 45. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. numero 44. & sequent. ubi declarat hoc procedere in excommunicatione maiori secus in minori, clericus n. excommunicatus excommunicatione minori celebrando, licet mortaliter peccet, non tamen efficitur irregularis, & propterea licet uti excommunicatus non possit eligi ad Ecclesiasticum beneficium, non tamen propterea iam obento priuatur ex latè traditis per Couarr. in comment. cap. Alma mater, parte 1. §. 8. numer. 1. & seqq. de sentent. excommunic. in 6. & quid si excommunicatio est iusta, uel iniusta uide in fragmentis uersic. excommunicatus rubr. de excommunicatione nulla, aut iniusta.

6 Limita quarto, ut clericus per annum in excommunicatione infordeſcens, & contumax potest beneficijs priuari, & deponi secundum gloss. in capit. decernimus in uerbo decernimus uersicul. uidetur tamē 3. quæst.

3. quæſt. 9. gloſ. in capitul. primo, in verbo Episcopatum de iudic. & ibi Innocent. in fine in verbo exitum Hostienſis numero 7. in fine in verbo iure Ancharan. col. final. in 9. oppositione Bellamer. col. penultim. verſic. quarto dicit Butr. numero 42. col. final. ante medium verſicul. adeo quod poſtea & iterum infra. verſicul. & tunc ſi non veniat intra annum Felyn. nu. 8. ubi ſecundum Modernos ſuo tempore teſtatur de communi opinione Ripa numer. 78. verſicul. tu vero concludas ubi reprobatur. Decium contrarium tenentem Bero. num. 86. verſicul. Innocent. verò Roman. ſingul. 307. incip. De hoc heri fui interrogatus: Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 416. numero 13. & ſeq. ubi reprobatur Dec. contrarium tenentem in loco infra allegando Clar. in præſt. §. final. quæſt. 73. num. 6. verſicul. item Clericus Ignat. Lop. cum allegatis per eum in addit. ad Diaz in præſt. criminal. can. cap. 116. num. 13. ubi de communi.

- 7 Limita quinto, ut clericus per annum in excommunicatione perſiſtens priuatur beneficijs quando crimen, pro quo eſt excommunicatus priuationem inducat, aut per ſententiam, aut ipſo iure ſecundum Anton. de Butr. in c. 1. num. 42. ad fin. verſic. Puto pro concordia, & numer. 43. de iud. & ibi etiam Imol. ſub. num. 13. Abb. num. 25. Rip. n. 78. ubi omnes moderni tranſeunt cum Abb. in loco præallegato, & reprobatur Dec. contrarium tenentem in loco infra allegando Neu. n. 60. ad med. verſic. unde Bald. Anton. Burg. in repet. n. 68. verſic. 2. conſuſio Couarr. in repet. cap. Alma mater part. 1. §. 7. n. 10. verſic. 1. in c. apparet de ſentent. excommunicat. in 6. ubi de communi. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 416. n. 5. verſic. quo circa, & nu. 11. Abb. doctrina, & num. 16. & ſeq. Lopez in addition. ad Diaz in præſt. crim. canon. ca. 116. num. 4. verſicul. ex qua aſſertione.
- 8 Limita ſexto, ut clericus ultra annum excommunicatus etiam pro cauſa civili poteſt beneficijs priuari gloſ. in cap. contingit de dolo, & contumacia, Ripa. num. 78. ad medi. verſic. & tenendo iſtam fallentiam, ubi loquitur de excommunicatione in cauſa civili perſeuerante per triennium in excommunicatione Bero. ſub num. 87. Burg. in repet. num. 76. ante finem verſic. ſed dubitatur ubi quod gloſ. in dicto cap. contingit eſt communiter approbata, & pro ea allegat. tex. in cap. quoniam frequenter §. finali in finalibus verbis, ut lit. non conteſtat. Franch. in cap. cum contumacia in fine de hæret. in 6. Auſer. ad Cappel. Tholoſ. quæſt. 366. in fine. Didac. in cap. Alma mater, parte 1. §. 7. num. 10. verſic. 3. ſi quis ultra annum de ſententia excommunicat. in 6. prout hos ſic reſert dicentes, & ſequitur Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 416. num. 34. verſic. verum facile reſpondetur, & numer. 52. & plurib. ſeq. ubi reprobatur contrarium tenentes, & dicit hanc controuerſiam hodie eſſe finitam ex Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reſor. nec diſſentit Lopez in addit. ad Diaz in præſt. crim. Canon. cap. 116. num. 13. verſic. quæ quidem aſſertio.

RESOLVT. CCXIX.

- 1 Contemptus clauium tunc dicitur quando voluntas in eo dirigatur, ut quis nolit obedire, eo quia ſpernit poteſtatem iudicis, aut legis.
- 2 In ſola petitione abſolutionis ceſſat contemptus.
- 3 Paria ſunt quem pœnitere, & habere ſigna contritionis.

Infordeſcentia, ut puniatur exigitur, ut fiat animo pertinaci indurato, & in contemptum Clauium.

Reſpondi cum deciſion. Rotæ in vna Oſcenſi Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Lancellotto cuius tenor eſt.

Domini ex ijs, quæ noniter deducta fuerunt pro parte Lezani cenſuerunt gratiam Ioannis quoad infordeſcentiam narratam non eſſe iuſtificatam, admiſſa enim notitia excommunicationis in facto conſtabat fuiſſe nomine ipſius Lezani porrectam Sanctiſſimo Domino Noſtro ſupplicationem abſolutionis & cenſuris, eamque ſignatam, ſed retentam in officio componendarum, ac deinde poſtquam Io. obtinuerat ſuam prouiſionem fuiſſe ad eius inſtantiã laceratam de anno 1599. Rurſus apparebat prædictum Lezanum petiſſe à Nuncio Hiſpaniarum abſolutionem, eamque obtinuiſſe per certum tempus cum reincidentia, hæc namque probata erant tam ex dictis teſtium, quam ex reſponſione eiſdem Ioannis ad poſitiones.

Et ex his duo reſultabant, ex quibus narrata infordeſcentia excluderetur, alterum quod Lezanus non poterat dici perſeuerare in excommunicatione animo pertinaci, ac indurato, & in contemptum Clauium, prout requiritur ad effectum, ut inſorderet, ut fuerat in alia deciſione admiſſum cap. cum bene de arat. & qualitat. cap. cum contumacia cum ibi not. de hæret. in 6. Card. in cap. excommunicamus §. qui autem in fine de hæret. Sign. conſi. 33. numero 10. verſic. præterea Soc. in cap. perpetua numero 23. & 24. & in capit. ſacris numero 491. de ſentent. excommunicat. & eſt de mente Concil. capit. 3. in fine ſeſſ. 25. & tradit Decian. conſil. 14. numer. 9. & ſeq. lib. 3. unde cum Lezanus obtinuerit à Nuncio abſolutionem, licet ad tempus, & fecerit diligencias pro ea à Sanctiſſis, Domino noſtro obtinenda, non poteſt ei imputari, quod perſeuerauerit in excommunicatione cum contemptu Clauium, nam contemptus tunc datur quando voluntas in hoc dirigatur, ut quis nolit obedire, eo quia ſpernit poteſtatem iudicis, aut legis, quod ſi ex alia cauſa motus etiam iniuſta non obtemperat non dicitur contemnere gloſ. in cap. Metropolitanum 2. quæſt. 7. Cald. conſ. 4. de ſent. excommunicat. & conſil. 11. de verb. ſign. Felyn. in cap. 2. n. 11. verſic. & qui facit ex aliqua cauſa de maiorit. & obedient. Couarr. in cap. Alma mater in 1. par. reſc. §. 7. num. 6. ubi id probat authoritate S. Thom. & aliorum Decian. dicto conſil. 14. qui alios allegat, & quamuis ſupplicatio abſolutionis obtenta à Sanctiſſimo non fuerit ab officio componendarum recuperata, tamen omiſſo quod allegatur paupertas Lezani, de qua etiam depoſunt teſtes, per quam non poterat ſoluere compoſitionem, vel condemnationem, ſtante quod Ioannes fatetur in dicta ſupplicatione fuiſſe appoſitum clauſulam parito iudicato, ex qua impotentia veniret ab huiusmodi culpa exeuſandus iuxta conſ. Oldrad. 277. Sig. dict. conſ. 33. n. 11. & ſentit. Card. in dict. cap. excommunicamus §. qui autem in fine, quatenus fuiſſet neceſſaria, nihilominus ex ſola petitione abſolutionis, & inſtantia ab eo facta de ea conſequenda ceſſat ipſius contemptus, ac pertinacia Ioan. Andr. in cap. cum contumacia in verſic. pertinacia de hæret. lib. 6. & ibi etiam Franch. num. 2. in fine verſic. ideo ſi infra annum Gemin. n. 11. ille enim dicitur excommunicationem contemnere, qui longo tempore ab ea non petit abſolutionem, ut poſt Hoſt. in cap. grauem de pœnis tradunt ibi. Ancharan. num. 1. Abb. num. 3. in fine Card. num. 1. Butr. num. 5.

Alterum, quod ex facto ſupra firmato ad fauorem Lezani reſultabat, eſt quod cum obtinuerit à Nuncio abſolutionem, non aderat infordeſcentia per triennium, quod per dictam abſolutionem fuit interruptum, ad huc namque effectum tempora non coniunguntur, ſed triennium debet eſſe continuũ, ut fuit reſolutum in S. Congregatione Concil. in vna Bononiënſi infordeſcentiã, quam deciſionem Rota poſtea ſequuta fuit in cauſa Segobricenſi infordeſcentiæ 5. Iunij 1598. coram R. P. D. meo Alexandrino, & facit Ioan. Andr. in dicto

in dicto cum contumacia in vers. per annum de heret. lib. 6. & ibi Fran. n. 2. Gemin. num. 10. Nauar. conf. 7. num. 3. de heret.

Non obstat, quod isti actus petitionis absolutio-
nis facti a Lezano fuerint simulati, & facti ad effe-
ctum, ne a Capitularibus alijs uti excommunicatus,
pro consequendis distributionibus quotidianis vita-
retur, & non ad fructum animæ suæ, & ex contritione
cordis, cum lapsio tempore absolutionis nihilominus
se diuinis immiscuerit, & plures alios recursus illicitos
habuerit, imo palam protestatus fuerit, quod non erat
excommunicatus, nec non quod recursus erant liciti
damnando opinionem illorum, qui contrarium exi-
stimabant, quia licet ex his constet de reincidentia, &
resulset maius peccatum, non tamen probatur ne-
cessario, quod petitio absolutionis fuerit simulata id
enim pender ex eius corde, cuius solus Deus est per-
scrutator, ac ideo ad effectum, de quo agitur suffi-
ciunt illi actus exteriores una cum facto petitionis ab-
solutiois ab habente potestatem illam concedendi,
& signa contritionis ita ut non sit admittenda sola
3 præsumptio in contrarium, nam paria sunt quem pe-
nitere, vel habere signa contritionis, ut notat Gemin.
cap. supremo num. 20. de heret. libro sexto, & ex peti-
tione absolutionis cessat proteruita, & contumacia,
nec non contemptus, sine quibus non datur inforde-
scentia ex supradictis.

Ex quibus fuit decifum pro Lezano omisso alio
fundamento desumpto ex absolutione obtenta a
Confessario in vim Bullæ Cruciatæ, quod Dominis
non placuit.

RESOLVT. CCXX.

- 1 His, qui per annum pertinaces in excommunicatione per-
manferunt non prodest absolutio generalis concessa a
Papa in impetrationibus gratiarum, & in collationi-
bus beneficiorum, & limita num. 2. 4. & 5.
- 3 Quis non obligatur ad id, quod non potest.

Absolutio generalis, quæ a Papa conceditur in impetra-
tionibus gratiarum, & in collationibus bene-
ficiorum non prodest illis, qui per
annum continuum pertinaces
in censuris extiterunt.

Dixi in facti contingentia, quod is qui per annum
in excommunicatione contumax perseverat
1 huic deinceps absolutio non prodest, quæ a Romano
Pontifice in impetrationibus gratiarum, & in col-
lationibus beneficiorum tribuitur, illa igitur absolu-
tio, quæ generaliter, simpliciterque etiam non pe-
tenti condonatur excommunicatis, interdictis, su-
spensisque non prodest eis, qui per annum continuum
contumaces in censura perseverarunt, ut asserunt
Rebuff. in praxi 3. parte tit. forma nouæ prouis. in.
vers. teque absoluentes ex numero 10. Felyn. in cap.
Apostol. in princip. de exception. Boer. decif. 290.
numero 3. Puteus decif. 128. libro 6. Mandos. in
tract. de liter. grat. cap. 5. Rolan. consil. 46. volum. 1.
numero 37. quæ decif. & si vera sit patitur tamen
2 aliquas limitationes, ni fallor: ut puta quando nul-
la culpa in censura quis permanfit, vel quia quan-
tum potuit, ut absolueretur elaborauit, & tamen iu-
dicis facultatem non habuit, vel quia satisfacere
creditori non potuit, cuius gratia excommunicatus
erat namque ad id quis non obligatur, quod non
3 potest argum. l. impossibilem ff. de reg. iur. ac prop-
terea culpa vacat, vnde ob eam rem poena plecti non
debet argum. capitulo 2. de conslit. capitul. 2. de ijs,
quæ fiunt a mai. par. capit. & c. Romana in fine de
sentent. excommunicat. in 6. vel quia peccaret si id

faceret, quod per excommunicationem ei præceptum
est, ut in cap. inquisitioni de sentent. excommunicat.
tunc enim excommunicatio potius tollenda est: item
4 locum non habet ubi per annum continuum in cen-
sura non permanfit non enim lex hoc dicit, ergo, neque
id dicere debemus argum. l. de prætio ff. de public.
& cui verba legis non conueniunt, nec dispositio eidem
cōuenire debet argum. l. 4. §. toties ff. de damn. infect.
ita Rebuff. ubi supra num. 12. ibi in illis per annum
5 continuum infordeuerit; & postremo ubi speciatim
derogatum est ut pote, quia Romanus Pontifex, &
huic absolutionem tribuere voluit, in his n. omnibus
casibus absolutio huic impetranti proderit.

RESOLVT. CCXXI.

- 1 Impeditus impedimento legitimo remanet illæsus, & ex-
cusatur a contumacia.
- 2 Impedito legitime non currunt tempora ab homine vel à
iure statuta.
- 3 Impedimentum iustum equiparatur impossibili.
- 4 Impeditus comparere non dicitur contumax.
- 5 Excommunicatus in causa fidei comparens lapsio anno
auduit, si causam legitimam infordeſcentiæ in-
notescet.
- 6 Quod procedit etiam si compareat postquam esset decla-
ratus hæreticus.
- 7 Expleto anno non auditur contumax quo ad hoc, ut bo-
na recuperet, nisi de innocentia, vel legitimo impe-
dimento constiterit.

Impedimentum legitimum an excuset a poena
infordeſcentiæ.

Consultus respondi, impedimentum excusare a
poena infordeſcentiæ, etenim de iure iustum
impedimentum, seu legitima causa a qualibet poena
excusat c. inter quatuor de maiestate, & obedientia,
1 & impeditus impedimento facti, remanet illæsus c.
significante de pignoribus Rota in decif. 21. de præ-
bendis in antiquis, & excusatur a poena contemptus
ut tradit Bal. in l. si cum dies §. si quis num. 1. ff. de
arbitris, & a negligentia Alexand. conf. 21. volum. 1.
nam impeditus non dicitur negligens Patif. de resi-
gnatione benefic. lib. 1. r. q. 13. n. 4. sicut excusatur pa-
riter a poena contumaciæ Boer. in decif. 40. post So-
cin. conf. 120. n. 2. vol. 3. excusatur etiam a poena, &
mora c. sicut in fin. de iure iurando Ioseph. Lud. in
decif. Perus. 150. de Grafs. in decif. 3. de conslit. nec
2 impedito legitime currunt tempora ab homine, vel à
iure statuta c. quia diuersitatem de concessione præ-
bendæ Rot. in decif. 2. de dilationibus in nouis Boer.
in decif. 64. Nauar. conf. 8. de renunciatione, hinc
3 prouenit iustum impedimentum equiparari impos-
sibili Bero. conf. 88. n. 35. vol. 1. & propterea excu-
satur non comparando Alex. in l. 2. §. si quis ff. si quis
cautionibus, & ratio est quoniam citatio non arctat
citatum ad comparandum si defensionem impedi-
menti secum afferat Oldrad. conf. 44. num. 2. Calder.
conf. 5. de dilat. vnde Affl. in decif. 28. asserit fuisse
4 decifum quod impeditus comparere non dicatur con-
tumax & propterea processus contra ipsum factus sit
ipso iure nullus secundum communem opinionem,
quam refert Ias. in l. 2. ff. si quis cautionibus.

Ex quibus omnibus inferitur ad casum propositum
5 quod excommunicatus in causa fidei, qui compa-
ret lapsio anno, auditur, si causam legitimam impedi-
menti suæ infordeſcentiæ verificet, ita Pegna in 3.
part. coment. 174. Salzed. ad Diaz cap. 116. num. 12.
quod adeo verum est, ut procedat etiam si compareat
6 postquam esset declaratus hæreticus, vel etiam si
eius Statua esset combusta, adhuc autem esset au-
dien.

diendus Pegna in d. consilio 49. vers. adueniente autem pag. 132. & in versiculo postremo illud pag. 534. Flam. Cart. in d. cap. 1. ex num. 278. & 281. Salzed. vbi supra Simanc. de Cath. Instit. tit. 2. & num. 20. asserentes, quod expleto anno, non auditur contumax, quo ad hoc ut bona recuperet, nisi vel de innocentia eius, vel de legitimo impedimento constiterit iuxta ea, quæ tradit Farinac. quæst. 18. ex num. 40. qui in quæst. 12. ex num. 42. pulchrè recenset causas iustas impedimenti, quibus quis à contumacia excusatur; auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, & ad probandam innocentiam quocunque tempore, non obstante, quod cuius terminus sibi assignatus fuerit elapsus, ut verè docet glos. communiter recepta in verb. condemnentur in cap. excommunicamus il. 1. §. qui autem de hæret. & trad. Decianus lib. 5. cap. 33. n. 13. videndus est etiam Sayrus vbi supra n. 13.

RESOLVT. CCXXII.

- 1 Infordescens in excommunicatione pro quavis causa lata de hæresi suspectus reputatur.
- 2 Plus anno infordescens in excommunicationem hæreticus reputatur, & ut hæreticus debet condemnari.
- 3 Excommunicatus per annum pro aliquo crimine habetur pro conuicto de illo crimine.
- 4 Ex consuetudine non solet procedi contra excommunicatos per annum nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis.

Infordescencia in excommunicatione lata ex causa civili, vel criminali an faciat quem suspectum de hæresi.

1 **E**xcommunicatus non ex causa hæresis, sed pro alio crimine, qui etiam quod per annum in excommunicatione inforduerit, non tamen per hoc reputatur hæreticus, nec ut hæreticus condemnatur, sed reputatur tantum de hæresi suspectus & propterea contra eum tanquam suspectum proceditur, prout extat decretum Concilij Tridentini sess. 25. cap. 3. de reformatione in fine, vbi ad literam habetur, & nouissimè scribit ingeniosus D. Nouar. in praxi elect. & variat. fori quæst. 33. numero 11. sect. secunda. Excommunicatus verò quicunque si post legitimas monitiones non rescipierit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem, non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexis in illis inforduerit etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit; quod si sic citatus ad respondendum de fide, & ad se purgandum, se non purget à suspitione iterum ex causa hæresis excommunicatur, & si in excommunicatione per annum amplius inforduerit hæreticus reputatur, & ut hæreticus condemnatur; colligitur hæc conclusio ex glos. in cap. excommunicamus il. 1. §. quæ autem in verbo condemnentur in versiculo, Nec intelligas extra de hæreticis, & ibi hoc præsertim annotantur Hostiens. videndus numero tertio Boich. num. 1. & 2. vbi bene reasumit dicta per Hostiensem eo loci, & amplius subdit, quod ante annum excommunicatus iste, nec etiam de hæresi suspectus est, Butrius num. 13. Abb. numero septimo, vbi quod in alijs criminibus excommunicatus per annum habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus non autem hæreticus Soc. nu. 72. vbi idem dicit Anania num. 8. Felyn. col. 2. ante medium vers. sed quærit Ancharanus ex Cardin. Zabarell. in d. §. qui autem colu. 2. ver. quæro, quod si ob aliam causam etiam §. adijcimus num. 2. vers. opponere, quod non se purgans, ad quæ adde etiam Albertin. in rubr. de hæreticis in Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

6. in princ. quæst. post num. 9. vbi pariter, quod stans per annum excommunicatus non debet reputari hæreticus, sed bene aliquantulum suspectus, & quæst. 13. num. 33. & seq. vbi de excommunicato tam ex causa civili, quam ex criminali, & de modo contra ipsum procedendi. Addo glos. in capitulo cum contumacia in verbo Hæreticus, & ibi addentes de hæreticis in 6. vbi dixit quod excommunicatus per annum, non ex causa fidei, sed pro alio crimine habetur pro conuicto illo crimine, pro quo fuit excommunicatus, non tamen probatur pro heretico, & ibi Geminian. num. 12. in final. & Franch. numero 14. versiculo in Glos. final. vbi dixit quod nihilominus est suspectus de hæresi potest de hæresi inquiri, ac etiam indici purgatio; Addo ad præmissa Hostien. in summa de hæreticis §. qualiter deprehendantur numero 4. versic. sed nunquid de alio crimine, & versiculo quid si quis criminaliter, vel civiliter accusatus Summa Armilla in verbo hæresis n. 3. versic. si autem pro alia causa Tabien. summa in verbo hæreticus numero secundo versicul. aut fuit excommunicatus pro contumacia Vmbert. Locat. in judicial. inquisitorum in verbo Contumax nu. quarto vbi ponit duos modos procedendi contra ablentem pro alio crimine, quam hæresi, & in verbo excommunicati num. 2. vbi quod excommunicatus non ex causa fidei, sed pro alia causa etiam civili suspectus est de hæresi, leuiter tamen, & sic contra eum vti leuiter suspectum procedi potest Repertor. inquisitorum in verbo contumacia vers. nota quod si quis accusatus, vbi quod isto casu excommunicatus per annum habetur pro conuicto Simanch. Catholicarum institutionum titulo 27. rubric. de excommunicatione numero 4. Arelat. notabil. 41. vbi generaliter loquitur de excommunicato pro quacunque causa etiã civili Corfet. tract. de hereticis numero 21. versiculo aut pro contumacia in alia causa Ghirland. in eodem tract. de hereticis quæst. 8. num. 4. vbi quod excommunicatus ex alio crimine, quam hæresis si excommunicatus per annum in excommunicatione inforduerit non condemnatur ut hereticus, sed de illo crimine, de quo erat excommunicatus, quia illa excommunicatio retenta per annum indurato corde, facit ipsum haberi pro confesso. Addo etiam ad præmissa Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in practic. crimin. Canonic. capitulo 116. num. 12. vbi plura ad interpretationem dicti Concilij Tridentini. Menoch. de arbitrat. quæst. lib. 2. cas. 416. num. 34. Rojas singular. 2. num. 1. & singular. 60. num. 1. & 2. vbi latius Scaccia in tractatu de iudicijs causarum civil. criminal. & heretical. cap. 98. post num. 35. vers. aut fuit excommunicatus ob aliam causam Eymeric. in director. inquisitorum par. 2. q. 47. num. 6. & 7. vbi quod isto casu suspicio; quæ oritur contra excommunicatum persistenter in excommunicatione non ex causa fidei dicitur levis suspicio, & ibi ponit modum procedendi contra hunc excommunicatum, & persistenter in excommunicatione non ex causa fidei, & ibi Pegna in additionibus commentar. 27. litera C. versic. quidam verò sunt excommunicati fol. mihi 386. col. 1. in fine Decian. in tractatu Criminali libro 5. cap. 17. versic. 129. & cap. 8. versiculo 33. Adde pro hac 5. Ampliatione Nauar. consil. 21. num. 1. tit. de hæreticis lib. 5.

Vide tamen in proposito Pegna. in additionibus ad Eymeric. in director. Inquisitorum parte 2. q. 47. commentar. 32. versic. ex recepta fol. mihi 386. col. 2. vbi testatur, ex recepta sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis consuetudine non solere procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis, & ita etiam non aliter seruatum vidisse testatur Scaccia, in tractat. de iudic. causat. Civilium crimin. & heretica-

K

ticalium cap. 98. num. 36. in fine. Et vide etiam Montemaran. in pract. Archiepiscop. cap. 84. num. 8. vers. quando requiritur, ubi dixit quod suspicio oriens ex infordeſcentia per annum in excommunicatione lata non ex causa fidei sufficit ad indicendam purgationem de leui, non autem ad torturam. Zecch. in summa par. 1. tit. de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 23. vers. ex aliis vers. causis, ubi pariter dixit isto casu non oriri ex persistencia in excommunicatione nisi leuem suspensionem, & quod contra istos excommunicatos per annum procedi non soleat in supremo vrbis, totiusque Christianæ Reipublicæ fonte, & generali Inquisitionis Tribunali dubitandum non est.

RESOLVT. CCXXIII.

- 1 *Annus persistentiæ in excommunicatione currere incipit non a die incurſus excommunicationis, sed a die declarationis.*
- 2 *Annus persistentiæ in excommunicatione notoria incipit currere a notorietate excommunicationis.*
- 3 *In pœnalibus tempora nunquam coniunguntur, secus in fauorabilibus.*

Infordeſcentia annalis an incuratur a die incurſus excommunicationis an verò a die declarationis.

NOtandum tunc demum excommunicatum in excommunicationem persistentem posse, vt hæreticum condemnari, vel pro condemnato haberi, dummodo fuerit excommunicatus, vel declaratus excommunicatus ab homine in casu quo excommunicatio ipſo iure incurritur: non precedente autem sententia excommunicationis, vel excommunicationis declaratione in casu prædicto non potest, vt hæreticus condemnari, & sic annus persistentiæ in excommunicatione currere incipit non a die incurſus excommunicationis, sed a die declarationis, seu a die, in quo nominatim fuit excommunicatus cum ex illo tempore incipiat timor contumaciæ, seu contemptus clauium ex plenè deductis per Alber. in rubr. de hæret. in 6. quæst. 13. num. 35. & seqq. ubi hanc limitationem declarat non procedere quando quis esset notoriè excommunicatus, quia tunc annus incipit currere a notorietate excommunicationis absque alia declaratoria, quando de tali notorietate verè, & euidenter omnibus constat. Quod procedit, dummodo annus, in quo quis in excommunicatione ex causa fidei inflicta persistit fuerit continuus, aliter secus secundum Archid. in cap. cum contumacia num. 2. in verbo per annum de hæret. in 6. & ibi etiam Ioann. Andr. ante num. primum, in eod. verbo per annum. Geminian. num. 9. vers. Quæro an intelligatur de anno continuo, & num. 10. & Franch. num. 2. vers. Item annus debet esse continuatus, ponderantes dictionem Per, in textu positam, quæ de sui natura temporis continuationem demonstrat; Rojas, cum allegatis per eum sing. 60. num. 3. & 4. Simanch. Cathol. instit. tit. 14. rubr. de contumaciis, num. 3. in pœnalibus enim tempora nunquam coniunguntur licet secus in fauorabilibus. Socin. conf. 118. num. 6. & sequ. lib. 4. Nauarr. conf. 34. num. 2. & conf. 36. num. 1. de Regularibus lib. 3. & tit. de hæretic. lib. 5. consil. 7. ubi propterea dixit excommunicatum per annum non esse suspectum de fide, si interim fuerit absolutus nec lapsus annus post absolutionem, & in terminis voluit Seraphin. decis. 1285. num. 4. & seq. ubi amplius subdit ita fuisse decifum in Congregatione Concilij reprobato Decio contrarium tenente in consil. 145. per eum allegato.

RESOLVT. CCXXIV.

- 1 *Excommunicatus purgationem indicit, & terminum assignari ante excommunicationem oportet ad effectum, vt possit condemnari, vt hæreticus.*
- 2 *Excommunicatus per annum infordeſcens non potest vt hæreticus condemnari, nisi specificè fuerit citatus ad respondendum de fide.*

Infordeſcentia non est punibilis si non detur terminus ad se purgandum.

EXcommunicatus etiam quod per annum in excommunicatione persistit non potest vt hæreticus condemnari, nisi ante excommunicationem ipſi fuerit in dicta purgatio, & terminus ad purgandum assignatus antequam excommunicaretur, in tantum quod non sufficit sola indictio purgationis, sine assignatione termini, nec sola assignatio termini sine indicatione purgationis secundum Hostiens. in c. excommunicamus il. 1. num. 9. & 10. extra de hæret. ubi propterea subdit secus esse, quando iudex, & purgationem indicxit, & terminum ad purgandum præfixerit, tunc enim si excommunicatus, quia non se purgauit per annum excommunicatus steterit, vt hæreticus condemnatur; nisi ex iusta causa, & ea quidem expressa a tali mandato, & præcepto appellauerit, vt ibi per eum, quem referendo sequuti sunt ibidem Io. Andr. num. 5. & Boich. num. 3. vers. aut iterum censendus est hæreticus & num. 4. ubi benè reasumit dicta per Host. ubi supra. Butr. num. 15. Zabarell. in §. quia autem col. 2. vers. quæro quid si suspecto de hæresi, & vers. Nisi dicat iudex.

Dicunt autem Ant. de Butr. & Card. Zabarell. in locis præcit. post Io. Andr. quem allegant, hodie hanc controuersiam non esse dubiam, sed claram, & expeditam per c. cum contumacia de hæret. in 6. & nihilominus ad hanc materiam vide multa dicentem Scacciam in tract. de iudicis causarum civil. criminal. & heretical. cap. 98. num. 4. vers. si est iusta suspicio notatus in fine vers. & seqq. vsque ad n. 5.

Vnde prouenit quod excommunicatus si per annum in excommunicatione infordeſcit non potest vt hæreticus condemnari, nisi fuerit citatus specificè ad respondendum de fide, & ad se purgandum de suspicionem ex infordeſcentia exorta, Summa Angel. in verbo Hæreticus, num. 1. in fine. Tabien. in summa, in eod. verbo Hæreticus num. 2. Repert. inquisitorum, in verbo contumacia vers. Nota quod ex contumacia. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 9. num. 3. Eymeric. in direct. inquisit. par. 2. quæst. 47. num. 4. vers. suspectus autem de hæresi, ubi tamen videtur tenere quod sufficiat in citatione apponere, verbum Responsurus de fide, & ibid. Pegna in addit. commentar. 52. litera G. fol. mihi 386. col. 2. ubi declarat hoc verbum Responsurus de fide esse apponendum in citatione, quando reus est contumax, & facile capi non potest, secus si non sit contumax, & facile capi potest, cum tunc sufficiat eum generaliter citare, vt coram Inquisitoribus compareat, faciunt quæ in simili de citatione contumaci facienda dixit Farinacc. in pract. crim. qu. 15. num. 112. & seqq.

RESOLVT. CCXXV.

- 1 *Regulariter contumax non potest condemnari nisi personaliter fuerit citatus.*
- 2 *Ad condemnandum excommunicatum de infordeſcentia an plures citationes requirantur, vide etiam num. 4. & 5.*
- 3 *In crimine hæresis proceditur summarè.*

An

An requiratur vna, vel plures citationes ad hoc vt possit puniri infordeſcentia.

Regulariter contumax & abſens condemnari non poteſt, niſi fuerit perſonaliter citatus: ſi enim abſque perſonali citatione quis excommunicari non poteſt, multo minus abſque eadem citatione poteſt, vt hæreticus condemnari, & hæc conſuſio indubitanter procedit, quando abſens inueniri poteſt, quod ſi latitet, & non inueniatur, tunc cum poſſe per edicta, vocari ex plurimorum ſententia teſtatur Simanch. cum allegatis per eum in Enchiridion violat. Religion. tit. 45. rubr. de abſentibus num. 7. & 8. vbi quod iſta edicta Præconis vocis diuulganda ſunt nomen abſentis inclamandum in ea ciuitate, in qua reus Domicilium habet, atque etiam affigenda ad Ianuas Eccleſiæ Maioris, & Catholicar. inſtit. tit. 14. rubr. de contumaciis numer. 5. & 6. quam tamen ſententiam ipſe ſeueram, ne dicat iniquam, aut crudelem exiſtimat, & propterea ipſe tutius, & æquius eſſe credit, hunc de hæreſi ſuſpectum, & latitantem etiam perſonaliter citandum eſſe, niſi forte de abſentis hæreſi plenè in proceſſu conſtare; tunc enim ipſum per edicta citari, & condemnari poſſe, admittit, & ita etiam cenſuit, & admittit in eodem Enchiridion tit. 46. rubr. de contumaciis numer. 3. & 4. & Simanch. ſic dicentem refert Scaccia in tract. de iudicio cauſar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. numer. 35. vbi tamen conchidit, quod ſi reus fugit, ſeu latitat, tunc poteſt etiam per edictum citari. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. Canon. cap. 116. numer. 12. verſic. 5. quod ſi cauſa excommunicationis in fine.

Vnde orta fuit dubitatio vtrum ſufficiat vnica an
2 bina citatio ad excommunicationem in crimine infordeſcentia; & Reſponſi quod, quando contra contumacem abſentem proceditur, non vnica, ſed plures requiruntur citationes, quod an verum ſit, & quando dic quod licet vnica tantum citatio ſufficere videatur
3 cum in crimine hæreſis procedatur ſummariè quo cauſa vnica citatio habet vim peremptoriæ, & licet etiam Alphoſ. de Caſtro in tract. de Iuda hæret. punit. lib. 2. cap. 1. dixerit duas requiri debere, & ſufficere monitiones, verius tamen eſt, quod in hoc crimine ſicut in alijs criminibus tres citationes, ſeu monitiones præcedere debent ad text. in l. conſentaneum C. quomodo, & quando Iudex, & in l. contumacia §. 1. ff. de re iudicat. cum alijs per Rojas ſingul. 29. vbi amplius, quod ita de conſuetudine ſeruatur, & ampliatur etiam, quod quis fuerit ſemel perſonaliter citatus, & apliationem hanc dicit cõmunem ex allegatis ibi per eum reprobat Innocẽtio contrarium tenente in c. ad petitionem n. 3. de accuſationibus, nec diſſenſit Simanch. Catholicar. inſtitution. tit. 14. rubr. de contumaciis ſub num. 6. & in Enchiridion violat. Religion. tit. 45. rubr. de abſentibus, nu. 3. & 4. Vbi quod aſſerit citandos eſſe tribus edictis. Quod & idem voluit. Param. de origine §. Inquiſitionis, lib. 3. quaſt. 4. rubr. de forma, & ordine iudicario §. Officij num. 65.

4 Verum quod vnica tantum ſufficiat citatio, ſeu monitio contra contumacem voluit Innoc. ſupra allegatus in c. ad petitionem, num. 3. de accuſationibus Locat. in iudicial. Inquiſit. in verbo citatio poſt n. 14. verſiculo ſi autem vltra contumaciam, vbi tamen loquitur, quando proceditur contra contumacem conuictum de hæreſi. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 32. nu. 4. Vbi dixit regulariter pro tribus edictis, aut denunciationibus, vel vno peremptorio pro omnibus citandus eſt reus Scaccia in tract. de iudic. cauſ. ciuil. criminal. & hæretical. c. 43. n. 10. Vbi idem dixit, quod, & in iſto cauſa in vnica citatione facta per edictum, peremptorium, debet præſigi dilatio triginta dierum

Aloyſ. Ricc. Praxis. Pars III.

ad hoc vt citatus in d. termino poſſit oſtendere ſuam innocentiam, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio termino, & canonica monitione aſſignantur.

5 Sed quod duæ ad minus requirantur citationes videas per eundem Locat. in iudicial. Inquiſitor. in verbo ſententia, num. 25. Carer. in tract. de hæret. nu. 128. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 9. vbi declarat, & num. 27. Quando enim proceditur contra abſentem præſentem hæreticum, & non comparentem ſiſci procurator debet illius contumaciam accuſare, & hanc accuſandi contumaciam formam ponit Locat. poſt Iudicial. Inquiſitor. fol. mihi 479. & ſequi. Simanch. in Enchiridion Violat. Relig. tit. 45. rubr. de abſentibus, num. 4.

P R A X I S I V R A M E N T I.

R E S O L V T. CCXXVI.

- 1 Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, & perſonam non egreditur, nec tranſit ad hæredes iurantis.
- 2 Hæres defuncti non indiget abſolutione ad effectum agendi.
- 3 Iuramentum tranſit ad hæredes quoad contractus obſeruantiam.
- 4 Iuramentum quantum ad ſpiritualitatem, non tranſit ad ſucceſſorem iurantis.

Hæres non obſeruans iuramentum defuncti an incidat in periurium.

Queſtum an hæres incidat in periurium, ſi iuramentum à defuncto præſtitum non ſeruet, ſed contra recipientem actione iniuriarum, vel damni dati agere velit. Concluſum quod non, quia iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, & perſonam non egreditur, nec tranſit ad hæredes iurantis, licet ex parte recipientis ſit reale, & ad eius hæredes tranſeat tex. in c. veritate ext. de iur. iuran. Canon. com. munit. ibidem, & in d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. Guid. decif. 375. in fin. per allegata ibi, vnde hæres defuncti non opus habet abſolutione ad effectum agendi, quia ipſe non iurauit, ſed poteſt recta via agere, contra eum, qui indebitè iuramentum à defuncto exegit, ita in terminis tenet Angel. in l. generaliter, n. 4. C. de reb. cred. per illum text. Guid. decif. 140. num. 5. Philipp. Port. lib. 1. commun. opin. conſul. 3. num. 1. Alex. conſ. 129. num. 21. cum ſeq. vol. 6. incip. videretur prima conſideratione, idem conſ. 151. n. 10. vol. 7. incip. viſo Themate. Socin. ſen. conſ. 115. n. 11. vol. 1. incip. circa primam Hippol. in repet. l. de vno quoque, num. 200. ff. de re iudic. vbi dicit, quod iuramentum tanquam vinculum ſpirituale morte iurantis finiatur, & Felynus ſingulariter tradit in cap. cum ſit de foro competent. num. 9. quod propter iuramentum defuncti hæres non ſortitur forum Eccleſiaſticum etiam ſi iuraſſet pro ſe, & ſuis hæredibus, quia iuramentum tanquam perſonale morte iurantis finitur quoad vinculum periurij, ſecus quoad efficaciam obligationis per allegata ibidem, idem tenet Panormitan. in dict. cap. Veritatis, num. 3. & Guid. d. decif. 375. quando iuramentum ad hæredes tranſeat vide, omnino Caſtrenſ. conſ. 195. num. 7. vol. 2. incip. viſis his Bald. in lege emptione, C. plus valere quod agitur, & cap. circa medium.

Regulariter tamen reatus periurij non tranſit ad hæredes, quia iuramentum eſt obligatio anime, anima autem alterius non poteſt obligari, niſi propria voluntate, cum ius ſpirituale non tranſeat de anima in animam Panorm. in dict. cap. veritatis, & ibidem DD. &

K 2 in